…ecte pulcritudinem. quę scilicet & ipse gentes ad xpm uenientes. fidem iacob
imitarunt. uicia prudenter eius supplantantes. Ideoque iudeis rep̃batis.
ipsi deo placuerunt. Ascendit deus in iubilo. i. in mutatione apostolice
multitudinis laudacione. Dns in uoce tube. i. in concrepacione angelice
laudis. more uidelicet triumphancium. quos de uictoria redeuntes. lętu
barum concentus pire dicentes. Uidete. i. intelligite. quia ego sum dns sapien
cia scilicet & ueri. Res fidelis & non parua. sed omnium maxima & summa.
Ideoque nec facile inueniri potest. Ergo si eam inuenire uolumus necesse est ut
a seculi actibus quiescamus, ut & salomon ait. Cum minoratur actu percipiet eam.
Exaltabor in gentibus. i. credar deus esse. Et exaltabor in terra. Terram uocat hic
iudeos terrena tantum sectantes. Exaltabor inquit in terram. i. credar
a iudeis uerus deus esse. Dominus uirtutum nobiscum susceptor noster deus iacob.
Notandum quod iudei ad litteram hunc psalmum de sennacherib cantatum ac
cipiant. Qui eum obsidere ierusalem cum centum octoginta milibus una noc
te centum milia interfecta sunt in castris ab angelo. Illi uero qui introrsus
erant ex diuino confidentes auxilio dicebant deus nostrum refugium & dns uir
tutum nobiscum. Omnes gentes plaudite manibus
PS allite deo nostro. i. laudate eum. Quoniam rex omnis terre deus. i. non unius tantum loci.
Psallite sapienter. Ille sapienter psallit qui uoce & opere dm cantat. Reg
nabit dns super gentes. Regnat quidem nunc sed plenius regnabit in die iu
dicii. Deus sedet & p̃sedebit. Super sedem scam suam. id est super electam uel in nu
be & potestate iudiciali in qua sessurus est in die iudicii. Principes populorum con
gregati sunt cum deo abraham. i. apti constantes duces ecclesię. Uehementer eleuati.
Prius humiliati uehementer a xpo sunt eleuati quando eis dedit potestatem
miracula faciendi. siue etiam deos terrę philosophos gencium uocat. qui diu pu
tabantur ante aduentum xpi. uehementer elati sciencia & prudencia seculari.
Contra hos principes populorum cum deo abraham in die iudicii congregabuntur

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_096_61V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4948)